



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fortitudinis bona sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

I

licut di
ristianos
int pre-
igna est,
antis, que
Fortis
cut mon-
e dilectio
ertia est,
icitudine
ta sunt

o scrip-
& elto
Danid Se
fortis, &
i, ut am-
rti animo
is neceli
n loco cer
o. Milita
m. Et Be
in studio
eo in vita
ritudo:
ndus, &
hostes o
n Deuto.

INSTITV TIO. 98

Viriliter agite, confortamini, nolite timere, nec paueatis a conspectu eorum, quia Dominus Deus tuus ipse est dux tortus, & non dimittet nec derelinquet te. Machab. 3. Accingimini & estote filii potentes, & estote parati, ut pugnetis aduersus generationes has, quae conuenerunt dispergere nos, & sancta nostra. Tertium est, quia multum deo placet. Esdra. 8. Gaudium enim deo est fortitudo uestra. Quartum est, quia homini multum prodest. De hac materia uide in sequenti capitulo.

Fortitudinis bona sunt quatuor.

Primum est, quia de hostibus triumphat. Reg. 22. Accinxisti me fortitudine ad prælium, incurasti resistentes mili subitus me. Psal. Præcinxisti me uirtute ad bellū, & supplantasti insurgentes in me, & subitus me, &c. Secundū est, quia bona hominis conseruat. Luc. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quae possidet. Tertiū est, quia hominem ditat. Prou. 10. Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias patrat. Idem. Robusti habebunt diuitias, Ibid. 11

I 2

CHRISTIANA

&c. Quartum est, quia regnum celorum lucratur. Matth. Regnum celorum uir patitur, & uiolenti rapiuntur. Iud. Idem. Machab. 1. Vos ergo filii confortamini, & uiriliter agite in lege, quia cum feceritis quæ nobis precepta sunt a domino deo uestro, gloriost eritis.

Fortitudinem adiuuant quinque.

Primum est fides; mercedem fortium operum ostendendo. Psal. 25. Confortamini & non dissoluantur manus uestre, erit enim merces operi uestro. Secundum est timor. Prou. in timore domini fiducia fortitudinis. Timor expellit illud propter quod uel soluit, uel maximè timendum est, silicet peccatum. Ecclesiasticus. Timor Domini expellit peccatum; ideo reddit hominem secundum. Tertium est spes. Isaia. In silentio, & spe erit fortitudo, &c. Verus spes reddebat fortem Apostolum dicentem. Omnia possum in eo quae confortat, &c. Quartum est disciplina corporis, quæ hostem domesticum debilitat. Vnde dicebat Paulus. Cum enim infirmior tunc fortior sum, & Bern. potens. Et Bernardus. Quid mirum